Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Fratres ego accepi a dno quod et
tradidi vobis quia dns Ihsus in qua
nocte tradebat accepit panem et
gratias agens fregit et dixit Accipite et
manducate hoc est corpus meum quod pro
vobis tradet hoc facite in mea commemor
ationem Similiter et calicem postquam cenavit
dicens hic calix novum testamentum est in
meo sanguine hoc facite quotiescumque bi
betis in mea commemorationem Quoties
cumque enim manducabitis panem hunc et ca
licem bibetis mortem dni annunciabitis do
nec veniat Itaque quicumque manducaverit
panem vel biberit calicem dni indigne reus
erit corporis et sanguinis dni Probet autem
seipsum homo et sic de pane illo edat et
de calice bibat Qui enim manducat
et bibit indigne iudicium sibi manducat
et bibit non diiudicans corpus dni Ideo
inter vos multi infirmi et imbecilles et
dormiunt multi Et si nosmetipsos di
iudicaremus non utique iudicaremur Dum
autem iudicamur a dno corripimur ut non
cum hoc mundo damnemur Gra Oculi
omnium in te sperant dne et tu das illis escam in
tempore opportuno Aperis tu manum tuam et imples